

NOTIZIARIO DELLA CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA
a cura della Segreteria Generale

NUMERO 10

1° SETTEMBRE 1969

**DECRETO CIRCA LA "VACATIO LEGIS" DEL NUOVO
RITO DEL BATTESIMO DEI BAMBINI**

La Nunziatura Apostolica in Italia, con lettera n.1446 del 21.VII.1969 ha trasmesso il seguente Decreto (n.674/69) della Sacra Congregazione per il Culto Divino:

D E C R E T U M

Potentibus nonnullis Conferentiis Episcoporum, ut vacatio legis pro novo Ordine Baptismi parvolorum, ad diem 8 septembbris huius anni statuta, ulteriorius prorogaretur, quo populares interpretationes maiore cum tranquillitate confici possint et actio pastoralis opportunius disponi, haec Sacra Congregatio pro Cultu divino, de mandato Summi Pontificis PAULI VI, statuit ut novus Ordo Baptismi parvolorum, die 15 maii 1969 promulgatus, a die 29 martii proximi anni 1970, hoc est a Dominica Resurrectionis D.N.I.C., vigere incipiat, ita tamen ut, a die 8 septembbris huius anni aut novus Ordo aut qui in Rituali vel Pontificali Romano exstat, ad arbitrium usurpari possit; a die vero 29 martii 1970 novus dumtaxat ritus adhibeatur.

Singulis tamen Conferentiis Episcoporum, postquam popularem interpretationem paraverint, et ab hac Sacra Congregatione confirmationem acceperint, facultas fit alium diem ante 29 martii 1970, pro opportunitate, statuendi, quo novus Ordo Baptismi parvolorum vigere incipiat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

E Civitate Vaticana, die 10 iulii 1969

A. BUGNINI, a Secretis.

BENNO Card. GUT, Praefectus.

INSTRUCTIO DE EDITIONIBUS APPARANDIS ET DE USU NOVI ORDINIS LECTIONUM MISSAE

La Nunziatura Apostolica in Italia, con lettera n.1530 del 9.VIII.1969 ha trasmessa la seguente "Instructio" della Sacra Congregazione per il Culto Divino che porta il n.838/69:

Decreta, quo novus Ordo Lectionum Missae promulgatur, statuitur ut a die 30 novembris 1969, dominica prima Adventus, hic vigere incipiat. Conferentiis Episcopalibus insuper committitur eiusdem Ordinis Lectionum editiones apparare cum textibus lingua vernacula exaratis.

Attentis autem difficultatibus, quas harum editionum praeparatio secum certo feret, Sacra haec Congregatio pro Cultu divino, approbante Summo Pontifice, opportunum dicit sequentes indicationes praebere, quibus labor Conferentiarum Episcopalium dirigatur et facilior reddatur.

1. - Dominica prima Adventus 1969 tamquam prima dies habenda est, qua novus Ordo Lectionum Missae adhiberi poterit. Hac enim die vigere incipiet etiam novus Ordo Missae: quod facultatem praebet habendi corpus organizationum textuum liturgicorum et rituum pro celebratione eucharistica ditiore forma, sub aspectu pastorali, ordinanda. Attamen novi Lectionarii usus per gradus introduci potest.

2. - Multiplex numerus lectionum exiget ut novum Lectionarium pluribus voluminibus distinctum edatur. Cura de materia in singulis voluminibus